

Monum. Result. p. 84. quod plenus tui, ut semper sum, et pulcherrimi Musaei Tui,
 quod super discessum nuper factus fui, proximâ tum nocte
 ruri conceperam. Consilium danc fuerat paullo ad te politius
 Hagâ transmittere, sed ingentis nimirum praetii scheda
 casu aliis permixta, haecenus autorem latuit, et confecto
 demum circumitu, quem cum exercitu diu fecimus, pari nunc
 se casu nec inopia auti prodit, tuo quidem ut solet damno.
 cui hoc rursus tardij devorandum est, sed mea, non diffiteor,
 summâ voluptates, qui vel ineptissimis conatuum meorum
 scio me testatum facere insigni benevolentia tua posse,
 quanti apud me sis. Heiusi incomparabilis, cujus amor
 mirum, quantum mihi crescat in horas. Vale nunc,
 et humanitate quies, et clementia te tuâ involve, quam
 in nugas istas deulum conjicias. Haga Com. 18. Nov:
 1633.

Tuus integerrimo affectu
 C. H.

Amplissime Domine

(185).
 Nobilem et ingennum Adolescentem Fredericum Dorpiam
 curae et humanitati tuae ut commendem rogant ejus
 me consanguinei omnes et amici, quorum non uni
 affinitate junctus sum, et Mater ipsa, rarissimi exempli
 femina, qua si cominus et suis verbis haec a te gratiam
 flagitet, dicas non muliebri factitadiâ victus, nihil
 negari posse sic petenti. Filio quantum de genio istius
 vivacitate infuderit, non satis perspectum habeo.
 postquam enim pubertate ac domo maternâ excessit
 raro ad me rediit. Pertinet tamen honestissimae indolis
 esse, laboris assidui, et ingenii minimè indocilis. Iudicio
 quid praestet, abundè probat, qui consuetudinem tuam
 pro ceteris ambire capit. et in asperissimo vita binio
 duci velle tam peritâ manu. Hanc laboranti quaeso,
 et ad opem tuam, ut quidem pro se fert, avidè anhelanti
 commoda. Patiar, quoties adeundi te facultatem nactus
 fuerit, mihi beneficium imputari, quippe non recuso
 quibuscumque^{libi} vinculis obstringi vir Maxime, cujus
 eruditionem summam et clarissimas virtutes ceteras
 depraedicare inter amicos nunquam desino. et hâc non
 nullis ansam fortasse praebui, quâ nunc comprehensus
 cogor primum hoc ~~etiam~~^{ipsum} te alloqui, et molestus esse.
 Ignoscas tu coacto, satis scio, et eadem a te fiducia ut me
 ames, indignus peto. Vale. Ewalbecij in castris XII. Cal:
 Novembri 1633.

Bartho.